

UNIVERSITÉ DE COPENHAGUE

**CAHIERS
DE
L'INSTITUT DU MOYEN-ÂGE GREC ET LATIN**

80

Centre for the Aristotelian Tradition

Saxo Institute

2011

Medieval Commentators on Aristotle's *Topics* 1.9

Texts 1200–1250

Heine Hansen

Centre for the Aristotelian Tradition

University of Copenhagen

One of the most famous pieces of doctrine found in the writings of Aristotle is perhaps what is known as his theory or doctrine of categories. To a large extent, this doctrine owes its fame and notoriety to the short treatise which has come down to us bearing the title *Categories*, and which is apparently concerned to delineate some central aspects of the theory in question.

As it is traditionally presented, the doctrine involves a list of ten items presumed to be the categories. The list is that presented and exemplified by Aristotle in Chapter 4 of the *Categories*:

Of things said without any combination, each signifies either substance or quantity or qualification or a relative or where or when or being-in-a-position or having or doing or being-affected. To give a rough idea, examples of substance are man, horse; of quantity: four-foot, five-foot; of qualification: white, grammatical; of a relative: double, half, larger; of where: in the Lyceum, in the market-place; of when: yesterday, last-year; of being-in-a-position: is-lying, is-sitting; of having: has-shoes-on, has-armor-on; of doing: cutting, burning; of being-affected: being-cut, being-burned. (*Cat.* 4.1b25–2a4; transl. Ackrill)

While similar lists occur many places throughout the *Corpus Aristotelicum*, the only other place where a complete tenfold list is actually found is in Chapter 9 of the first book of the *Topics*:

Next, then, we must distinguish the genera of categories in which the four mentioned are found. These are ten in number: What it is, quantity, qualification, relative, where, when, being-in-a-position, having, doing, being-affected. For an accident, a genus, a unique property, and a

definition will always be in one of these categories, for all the propositions produced by means of them signify either what it is, or a qualification, or a quantity, or one of the other categories. It is clear at once that someone signifying the what it is, will sometimes signify a substance, sometimes a qualification, sometimes one of the other categories. For when a man has been singled out and one says that what has been singled out is a man or an animal, one says what it is and signifies a substance; but when a white colour has been singled out and one says that what has been singled out is white or a colour, one says what it is and signifies a qualification. Similarly also when a magnitude of a cubit has been singled out and one says that what has been singled out is a magnitude or a cubit, one will be saying what it is and signify a quantity. And similarly with the other cases; for each of these sort of items, if either it be said of itself or its genus of it, signify what it is, but when it is said of another it does not signify what it is but a quantity or a qualification, or one of the other categories. Such then and so many are the items that arguments are about and from which they are made; how we are to obtain them, and by what means we will be well supplied with them, must be dealt with next. (*Topics* 1.9.103b20–104a2)

That the twenty-two Bekker lines that make up this chapter of the *Topics* raise important questions regarding, and are crucial to the understanding of, Aristotle's thinking about categories is by no means a new realization, and the point was duly stressed by J.L. Ackrill in his important Clarendon Series commentary.¹ Since then, several articles have appeared which devote considerable attention to the chapter (most famous is perhaps Michael Frede's "Categories in Aristotle" from 1981), but it still seems safe to say that the majority of existing writing on it was produced during the period of intense study that Aristotle's dialectical handbook enjoyed in Western Europe from c. 1200–1500.² Almost 70 commentaries on the text from this period are still extant, although the

¹ Ackrill (1963), 80: "The whole chapter of the *Topics* deserves study."

² For a selection of recent articles concerned with *Topics* 1.9, see the bibliography.

majority of them are at present found only in medieval manuscripts, and so are not widely available.³

Presented below are editions of the relevant sections of what are presumably the earliest of the commentaries still extant. The editions were produced in connection with a larger investigation into the interpretation of Aristotle's categorial doctrine in the first half of the thirteenth century and constitute the textual basis for a forthcoming article on the interpretation of *Topics* 1.9 specifically. The texts presented should be of interest not only to historians of medieval philosophy, but also to Aristotelian scholars interested in the theory of categories, as many of the questions raised by modern commentators on the text were also discussed by their medieval colleagues (e.g. Is the label for the first item on the list of categories in *Topics* 1.9 merely a synonym for substance? Do categories collect predications rather than items predicated? What is the connection between the four predicate types—genus, definition, unique property, and accident—and the ten categories? Is there a significant philosophical distinction to be drawn between “signify” (σημαίνειν) and “say” (λέγειν)?)

The commentaries are presented in the order in which they occur in Green-Pedersen's inventory, and so their ordering is not necessarily chronological. I use the numbering of said inventory and at the beginning of each text supply details of authorship when available (many are anonymous) and list the manuscript on which the text is based (or in case of A2, the edition on which it is based). Some commentaries are found in several manuscripts and such cases the manuscript (or in the case of A2, edition) on which the text is based is listed first, followed by a second manuscript against which the text has been checked when it seemed dubious. For all other information, the reader is referred to Green-Pedersen's inventory.

³ For a list of these commentaries see Green-Pedersen (1984) 382–417

Bibliography

- Ackrill, J.L. (1963) *Aristotle: Categories and De Interpretatione*. Clarendon Aristotle Series. Oxford: Clarendon Press.
- Aristoteles (1969). *Topica*. Edited by L. Minio-Paluello. *Aristoteles Latinus* V, 1–3. Bruxelles: Desclée de Brouwer.
- Ebert, Theodor (1985) “Gattungen der Prädikate und Gattungen des Seienden bei Aristoteles: Zum Verhältnis von *Kat.* 4 und *Top.* I 9.” *Archiv für Geschichte der Philosophie* 67: 113–138.
- Frede, Michael (1981) “Categories in Aristotle.” In *Studies in Aristotle*, edited by D.J. O’Meara, 1–24. Washington, DC: The Catholic University of America Press. Reprinted in Michael Frede (1987) *Essays in Ancient Philosophy*, 29–48. Oxford: Clarendon Press.
- Gambra, J.M. (2003) “La théorie aristotélicienne de la différence dans les *Topiques*.” *Philosophie antique* 3: 23–55.
- Green-Pedersen, Niels Jørgen (1984) *The Tradition of the Topics in the Middle Ages: The Commentaries on Aristotle’s and Boethius’ Topics*. München: Philosophia Verlag.
- Kosman, Aryeh (1967) “Aristotle’s First Predicament.” *The Review of Metaphysics* 20: 483–506.
- Loux, Michael (1997) “Kinds and Predications: An Examination of Aristotle’s Theory of Categories.” *Philosophical Papers* 26: 3–28.
- Malcolm, John. (1981) “On the Generation and Corruption of the Categories.” *The Review of Metaphysics* 34: 662–681.
- Malink, Marko (2007) “Categories in *Topics* I.9.” *Rhizai* 4: 271–294.
- Smith, Robin (1997) *Aristotle: Topics Books I and VIII*. Clarendon Aristotle Series. Oxford: Clarendon Press.
- Wheeler, M.R. (2001) “κατηγορία in the *Topics* and the *Categories*.” *The Journal of Neoplatonic Studies* 8: 37–60.

Sigla

[album]	<i>album</i> delendum censeo
<album>	<i>album</i> addendum censeo
†album†	<i>album</i> corruptum censeo
< * * * >	lacunam statuendam censeo
[...]	quaedam omisi
(...)	vox quam vel litterae quas legere nequivi
<i>a.c.</i>	<i>ante correcturam</i>
<i>add.</i>	<i>addidit</i>
<i>corr.</i>	<i>correxit</i>
<i>del.</i>	<i>delevit</i>
<i>exp.</i>	<i>expunxit</i>
<i>inv.</i>	<i>invertit</i>
<i>om.</i>	<i>omisit</i>
<i>s.l.</i>	<i>supra lineam</i>
<i>ut v.</i>	<i>ut videtur</i>

A1

Commentum fratris Roberti de Cilnacobi in *Libro topicorum*
 ([F] Firenze, Biblioteca Nazionale Conc. Soppr. B4 1618, 95a–151b)

| f. 99b |

Quoniam autem ex prius dictis (1.8.103b2)

Determinato quid sit unumquodque praedicatorum et quae reducuntur ad praedicata, hic ostendit sufficientiam praedicatorum. Et haec pars dividitur in partes duas. In prima facit quod dictum est et in secunda, ut ibi: *Post haec* etc. (1.9.103b20), declarat in quibus contingit haec praedicata reperiri.

103b2. Pars vero prima dividitur in partes duas. In prima declarat numerum praedicatorum per inductionem, in secunda, ut ibi: *Alia autem* (1.8.103b7), declarat idem per syllogismum. Inductio autem patet. Syllogismus autem est talis: Omne quod praedicatur convertibiliter <vel> inconvertibiliter, praedicatur aliquo modo modorum praedictorum; sed omne quod praedicatur, praedicatur convertibiliter vel non convertibiliter; ergo omne quod praedicatur, praedicatur aliquo praedictorum quattuor modorum. In hac ratione procedit sic: Primo ponit maiorem, secundo, ut ibi: *Et si conversim* (1.8.103b9), probat maiorem per duos syllogismos. Quorum unus talis est: Omne quod est definitio vel proprium est aliquod illorum; sed omne quod praedicatur conversim est definitio vel proprium; ergo omne quod praedicatur conversim est aliquod illorum. Alius syllogismus est talis: Omne quod est genus vel accidens est aliquod illorum; sed omne quod praedicatur non conversim est genus vel accidens; ergo omne quod praedicatur non conversim est aliquod illorum. Primum syllogismum innuit ibi: *Et si conversim* (1.8.103b9), secundum ibi: *Si autem non conversim* (1.8.103b12).

103b20. Consequenter intendit enumerare praedicamenta in quibus contingit invenire praedicta praedicata, et in illa parte sic procedit: Primo dicit quod post praedicta enumeranda sunt genera praedicamentorum in quibus sunt⁴ quattuor praedicta praedicata. Et haec sunt † vero † in quibus contingit reperire praedicta praedicata, nam omnes propositiones quae fiunt a quattuor praedicatis significant substantiam aut qualitatem aut etc. Secundo, ut ibi: *Manifestum ex eisdem* (1.9.103b27), ex incidenti — quia quid potest reperiri in omni genere — qualiter diversimode vel differenter reperitur in substantia et in aliis manifestat, dicens quod ea quae sunt in praedicamento substantiae dicunt quid et significant quid, ea quae sunt in praedicamento qualitatis significant quale et dicunt quid, et sic in aliis, ut si considerentur species et genera in praedicamento qualitatis ad invicem secundum praedicationem, sic dicunt quid, si vero considerentur secundum quod praedicantur de rebus substantiae, sic dicunt quale.

1. Primo dubitatur hic. Videtur enim quod sex debeant esse praedicata adminus, sic: Esse praedicatum est esse subiecti, quod dupliciter contingit:⁵ aut accidentale aut substantiale. Si essenziale, aut indicat totam essentiam aut partem. Si totam, aut ut in se | f. 100a | consideratur et integre, et sic est species, quae est totum esse individuorum, ut vult Boethius⁶, aut prout per partes dividitur et explicatur, et sic se habet definitio. Si vero indicat partem essentiae, aut ergo ut materia, et sic genus, aut ut forma, et sic differentia. Si vero sit accidentale, aut ergo per se, et sic proprium, aut per accidens, et sic accidens. Et iuxta hoc potest quaeri, cum species et differentia sint in numero universalium, definitio autem non, quid est causa huius quod definitio numeratur inter praedicata, species vero et differentia nequaquam.

⁴ sunt] etiam *F*, ut *v*.

⁵ esse praedicatum...contingit] *lectio incerta*

⁶ Boeth. *in Isag.*² 3.5 (ed. Brandt, 215–216).

Et dicendum quod nihil prohibet secundum praedictam divisionem sex esse genera praedicatorum, sunt tamen quattuor essentialiter diversa secundum propositum negotium, scilicet quod essentialiter distinguantur⁷ problemata et methodi quae sunt ad praedicata et problemata terminanda. Species enim quantum ad hoc negotium cum aliis praedicatis non ponitur in numerum. Non enim est species praedicatum nisi respectu individuorum, scientia autem rationalis ad individua non facit descensum, nec est species quod in scientia quaeritur de subiecto, sed de quo quaeritur aliquod tanquam de subiecto. Nec autem ponitur differentia in numerum cum praedictis praedicatis, quia, ut praehabitu est, cum sit generalis, cum genere est collocanda, et sic patet quare non numerantur hic species et differentia inter praedicata quamvis a Porphyrio numerentur inter universalialia.⁸ Definitio autem hic numeratur inter praedicata, quia alia arte indiget ad sui terminationem a methodis alia praedicata terminantibus. Apud Porphyrium vero non numeratur definitio, aut quia sic praedicatur omnino ut species cuius est definitio aut quia ibi considerantur secundum quod sunt dicibilia et ad complexionem possibilialia, non autem actu in complexione existentia. Definitio autem, cum sit oratio, in quadam complexione consistit.

2. Secundo quaeritur. Cum [nihil] idem sit dicere et per dictionem⁹ significare, videtur tunc quod ea quae dicunt quid significant quid.

Et dicendum quod non est idem dicere et per dictionem significare, quia significare retorquetur ad illud quod significatur, dicere vero ad modum significandum.

⁷ distinguantur] -untur *F*

⁸ Porph. *Isag.* 1.1–7.

⁹ per dictionem] totum *F*

A2

Albertus Magnus

Comm. in Top.([J] ed. P. Jammy, *Opera omnia*, vol. 1, 658a–839b; [P] Paris, BNF, lat. 16101, ff. 23ra–112vb)

| J 678, P 33a |

Post haec autem oportet determinare genera praedicatorum in quibus singulis sunt¹⁰ dictae differentiae quattuor praedicatorum, ex quibus sumitur differentia problematum, ut sciatur generalis esse praeinducta praedicatorum divisio.

Sunt autem haec¹¹ praedicamenta¹² numero decem, in quorum quolibet dicta sunt quattuor praedicata. Haec autem sunt quid est, sive substantia, et quale est et quantum et¹³ ad aliquid et ubi et quando et¹⁴ situm esse, habere et facere et pati. Omnia autem haec denominative determinamus quia ut praedicata accipimus quae de subiecto¹⁵ per informationem dicuntur. Semper autem praedicatum ut genus et praedicatum ut accidens et praedicatum ut definitio erit in numero dictorum¹⁶ praedicatorum, quia in quolibet istorum est praedicari conversim et non conversim et <in> quolibet istorum¹⁷ est praedicari in quid vel¹⁸ non in quid et in quolibet in quid¹⁹ secundum totum vel²⁰ secundum partem. Si enim

¹⁰ sunt] + quattuor J

¹¹ haec] om. J

¹² praedicamenta] praedicata J

¹³ et] relatio sive J

¹⁴ et] om. P

¹⁵ quae de subiecto] quaedam ab P

¹⁶ dictorum] decem J

¹⁷ istorum] illorum J

¹⁸ vel] et J

¹⁹ et in quolibet in quid] om. J

²⁰ vel] et J

superius²¹ de inferiore eiusdem generis praedicetur, praedicatio erit in quid non conversim. Si autem idem de se praedicetur secundum omnem modum eiusdem qui dictus est, qui est essentialis, velut²² “homo est homo” vel “homo est animal rationale mortale” vel “album est album” vel “album est coloratum disgregativum visus”, semper praedicatio est in quid. Si autem ad res alterius generis comparetur ut praedicetur, praedicabitur²³ vel in quale speciei et erit proprium vel in quale subiecti²⁴ et individui et erit accidens. *Nam omnes propositiones dialecticae sunt sumptae ab his quattuor, quae in omnibus generibus sunt praedicamentorum; omnes enim significant quantum ad sua praedicata aut quid est, hoc est substantiam²⁵ absolute, aut quale secundum quod est praedicamentum aut quantum secundum quod est praedicamentum aut significant²⁶ aliquid aliorum praedicamentorum, hoc est rem in quodam praedicamento constitutam.*

Manifestum est autem ex eisdem quoniam quid est significat quandoque substantiam, quandoque autem quale et quandoque aliquid aliorum praedicamentorum.²⁷ Nam quando posito homine pro subiecto dixerit quis quod positum est implicite vel explicite²⁸ hominem esse, totam substantiam de ipso | P 33b | praedicans, vel dixerit quod positum est animal esse, partem substantiae praedicans de ipso, et quid est dicit (hoc est, id quod absolute est quid²⁹) et substantiam³⁰ de subiecto praedicat et substantiam significat, quia significatum praedicati absolute

²¹ superius] -ori P

²² velut] ut P

²³ praedicabitur] om. P

²⁴ subiecti] om. P

²⁵ substantiam] -tia P

²⁶ significant] -at P

²⁷ manifestum... praedicamentorum om. P

²⁸ implicite vel explicite] post hominem esse P

²⁹ quid] om. J

³⁰ substantiam] -tia P

et³¹ ad subiectum non comparati substantia est. *Quando vero colore posito dixerit* (hoc est praedicaverit) *quod positum est* pro subiecto *album esse*, si album est, sive dicat implicite³² sive explicite³³ quod positum est album esse, vel partem substantiae designans in praedicando dixerit *colorem esse*, quod est genus definitivum albedinis, *quid est dicit*, quia tale praedicatum in comparatione ad subiectum substantiale est, *et significat quale*, quia tale praedicatum absolute acceptum non significat nisi quale. *Similiter*³⁴ *autem est si bicubitali magnitudine posita* pro subiecto *dixerit* (hoc est praedicaverit) *quod positum est* pro subiecto *bicubitalem esse magnitudinem*, totum suum esse praedicans, | J 679 | vel dixerit esse magnitudinem, designando³⁵ per partem sui esse, *et quid est dicit* subiecti, comparando praedicatum ad subiectum, *et*, id quod est absolute acceptum, *quantum significat*, quia³⁶ hoc significat ad quod significandum imponitur nomen sed hoc praedicat cuius habitudinem dicit ad subiectum, et hoc est vel definitio vel genus vel proprium vel accidens. *Similiter autem est*³⁷ *in omnibus aliis* praedicamentis. In omnibus enim ita est quod comparata ad ea quae sunt suae coordinationis dicunt quid est, in se autem accepta significant ea ad quae significanda instituta sunt; *unumquodque enim*³⁸ *talium praedicatorum*³⁹ *sive idem de eodem dicatur*, ut species de specie, ut “homo est homo”, secundum totum esse, vel “album est album”, sive dicatur *genus de hoc* quod praedicatur ut pars esse in omni genere, quid est significat, sed hoc

³¹ et] etiam *P ut v.*

³² implicite] + nomine speciei *P*

³³ explicite] + nomine definitionis *P*

³⁴ similiter] simpliciter *J*

³⁵ designando] + esse *P*

³⁶ quia] quod *J*

³⁷ est] *om. P*

³⁸ enim] *om. J*

³⁹ praedicatorum] -mentorum *J*

quidem⁴⁰ significat substantiale, non semper⁴¹ absolute substantiam. *Quando* vero dicitur sive praedicatur *de alio* quod non est suae coordinationis, tunc⁴² respectu illius *non quid est significat*, hoc est substantiale, *sed* significat quantitatem secundum quod est mensura subiecti vel qualitatem secundum quod est dispositio subiecti, *aut* aliud *aliorum praedicamentorum* in quibus isti duo modi praedicationum.

Unde cum non sint nisi decem praedicamenta⁴³ et in omnibus istis ista sint quattuor⁴⁴ praedicata et non plura, patet quod omnia *de quibus*, hoc est ad quae, *et ex quibus* materialibus et integralibus simplicibus principiis *sunt disputationes* sive argumentationes dialecticae, *haec et tanta sunt* dicta. Dictum autem est⁴⁵ in praehabitis⁴⁶ quod habemus perfecte methodum si habuerimus⁴⁷ ad quod et ad quae, *quomodo autem sumemus* ea ex quibus, ut complexis, est methodus et quomodo sumemus⁴⁸ ea in communi⁴⁹ *per quae facile poterimus* habere methodum, *post haec* deinceps *dicendum*. Per quae autem facile poterimus habere methodum infra docebimus quando dicemus instrumenta abundandi⁵⁰ syllogismis⁵¹ dialecticis⁵².

⁴⁰ quidem] qui dicit *J*

⁴¹ semper *om. J*

⁴² tunc *om. P*

⁴³ praedicamenta] -orum *J*

⁴⁴ sint quattuor] quattuor sunt *J*

⁴⁵ autem est] *inv. P*

⁴⁶ Arist. *Top.* I.4.101b11–13.

⁴⁷ habuerimus] -uimus *J*

⁴⁸ sumemus] faciemus *J*

⁴⁹ communi] *lectio incerta P*

⁵⁰ habundandi] habundandis *P* : huiusmodi *J*

⁵¹ syllogismis] -mi *J*

⁵² dialecticis] -ci *J* : *om. P*

A4

Anonymus

Comm. in *Top.*

([R] Rome, Collegio San Isidoro 1/10, ff. 80ra–100vb)

| f. 83rb |

Post haec autem etc. (1.9.103b20)

1. Dubitatur an quattuor praedicata sunt in quolibet genere. Et videtur quod non, quia genus reperitur in quolibet genere, quare nulli adaptabitur.

2. Item. De definitione dubium est, quia omne existens in genere est incomplexum; definitio autem est complexum, quare non erit in genere.

3. Item. Quaeritur utrum⁵³ quid est positum in prima divisione sit idem cum quid | f. 83va | est positum in secunda divisione. Et videtur quod non, quia primum quid est habet naturam substantiae divisae contra quantum, quale, etc., sed secundum quid invenitur et in quanto et in quali; primum ergo differt a secundo.

Quod est concedendum. Primum enim quid est dicit substantiam existentem in praedicamento substantiae, secundum dicit substantiam existentem⁵⁴ in quolibet genere.

Sed tunc quaeritur quare dicit quaedam significare quantitatem et quaedam qualitatem et sic deinceps, et tamen omnia dicere quid; quod enim per dictionem significatur per dictionem dicitur et econverso.

1. Ad primum. Quod non⁵⁵ dicuntur intentiones⁵⁶ praedicatorum esse in genere, sed ea quibus accidunt intentiones.

⁵³ utrum] ut *add. R ut v.*

⁵⁴ existentem] -te *R*

⁵⁵ non] videtur *add. sed exp. R*

⁵⁶ intentiones] -nis *R*

2. Ad aliud. Quod est in genere est dupliciter, aut per se aut per relationem. Licet autem definitio non sit in genere cum <***>⁵⁷ cum definito simpliciter idem.

3. Ad ultimum. Quod significare abstracte respicit significatum termini, dicere vero respicit ordinationem dicibilis secundum quod ordinatur aliquid cum re eiusdem generis sive idem de eodem dicatur sive superius de inferiori, ut dicit in littera quod genus in se significat quale, in comparatione autem ad subiectum dicit quid. Et secundum hoc accipitur triplex modus significandi, quorum unus significatur per quid est et secundus per significare substantiam, tertius per significare quale ut aliquid tale.

Notandum etiam quod substantia duplex⁵⁸ consideratur. Vel in se et abstracte vel in comparatione. Si⁵⁹ abstracte, sic proprie substantia significatur. Si in comparatione, aut ergo ad res eiusdem generis aut alterius. Primo modo dicit substantia quid; est enim animal quid hominis⁶⁰. Secundo modo proprie dicitur substantia, sed haec significatio⁶¹ est ab accidente eo quod substat rebus ad quas comparatur.

Similiter qualitas dicitur dupliciter. Aut abstracte, et sic significat quale, aut in comparatione. <Si in comparatione, aut in comparatione ad res eiusdem generis, et sic dicitur quid, aut in comparatione> ad res alterius generis, et sic proprie dicitur accidens eo quod accidit substantiae. Qualitas autem habet tres nominationes; nominatur enim qualitas, quid et accidens.

⁵⁷ <***>] *fenestram fere i-ii vocum capacem habet R*

⁵⁸ duplex] *est add. sed exp. R*

⁵⁹ si] *scilicet R*

⁶⁰ hominis] *-es R*

⁶¹ significatio] *signa R ut v.*

A7

Robertus

Super *Librum topicorum* Aristotelis

([L] Lisbon, Bib. Naz., Fundo Alcobaça 175 (378), ff. 1ra–113ra)

| f. 20ra |

Post haec autem oportet determinare genera praedicamentorum
etc. (1.9.103b20)

Determinatis quibusdam differentiis praedicatorum, determinat alias differentias praedicatorum auctor, quae sunt secundum materiam.

Unde dicimus quod intentio auctoris in praesenti lectione est determinare et ostendere quoniam omne problema et omnis propositio aut indicat quid est aut quale aut quantum et sic de aliis; et illud tali syllogismo: Omne problema et omnis propositio quae indicat genus vel proprium vel accidens vel definitionem significat quid est vel quantum vel quale et sic de aliis. Sed omnis propositio indicat genus vel <proprium vel> accidens vel definitionem. Ergo omnis propositio et omne problema significat quid est vel quale vel quantum et sic de aliis. Et quia minor propositio manifesta erat in lectione praecedenti in qua ostendebatur numerus praedicatorum, prima autem propositio non erat manifesta, ideo manifestat ipsam.

Dicimus ergo quod quattuor sunt partes in praesenti lectione. In prima parte dividit decem praedicamenta, scilicet in quid est, quale est et sic de aliis. In secunda parte, quia quid est non simpliciter dicitur neque est indivisibile, dividit ipsum in suas differentias. In tertia parte ostendit quae praedicata habeant esse in eis quae significant⁶² quale, quantum vel aliquod aliorum. In quarta parte et ultima ponit recapitulationem eorum quae dicta sunt et ponit quoddam proemium capituli sequentis.

⁶² significant] -at *L ut v.*

103b20. Circa partem primam sic procedit auctor. Dicit enim quod post haec quae dicta sunt determinare oportet genera praedicamentorum in quibus sunt differentiae praedicatorum. Praedicamenta autem sunt decem: quid est, quale, quantum, ad aliquid, ubi, quando, <situm esse>, habere, facere, pati. In aliquo autem istorum est accidens, proprium vel genus vel definitio. Quare propositiones quae sumuntur ab his aut significant quid aut quale aut quantum <aut> aliquod aliorum praedicatorum. Videndum tamen est quoniam ipse dicit quod semper accidens, genus et proprium et definitio in uno istorum praedicamentorum erit, proponendo accidens et genus proprio et definitioni hac ratione: Definitio enim secundum substantiam et secundum vocem complexum quoddam est, proprium autem secundum vocem suam similiter complexum est et oratio; alia vero sunt incomplexa. Unde ipsa magis proprie habent esse in praedicamentis, cum sint incomplexa, quam alia, quae sunt complexa. Et ideo primo tanguntur et connumerantur.

103b27. Et circa secundam partem dicit auctor quoniam quid est quandoque significat substantiam, quandoque quale, quandoque quantum, et sic de aliis. Et hoc ostendit, quoniam si posito homine, id est constituto in subiecto, dixerit quod positum est esse hominem vel animal, ut “homo est homo” vel “homo est animal,” quid est dicit et quid est significat, quando vero colore posito dixerit quid est quod positum est colorem esse vel album esse colorem, quid est dicit et quale significat; et si bicubitali magnitudine posita dixerit quid est quod positum est bicubitalem magnitudinem esse, quid dicit et quantitatem significat, vel sic de aliis. Et sic patet quoniam quid quandoque significat substantiam, quandoque quantum, quandoque quale, et sic de aliis. Et notandum quod ipse dicit: *Manifestum est autem ex his* etc. (103b27) Et quomodo illud manifestum est ex his quae dicta sunt intelligendum est sic: Dictum est quod omnis propositio et omne problema quod indicat genus aut proprium aut accidens aut definitionem significat quid aut quantum aut quale et sic de aliis. Supponendum est quod per hoc quod dicit “quid est”

determinat genus et definitionem, per hoc quod dicit | f. 20rb | “quantum aut quale etc.” determinat proprium <et> accidens. Sic ergo genus et definitio sunt in eis quae significant quid est. Sed genus et definitio non solum sunt in substantiis, sed in qualitatibus et quantitibus et in omnibus praedicamentis. Manifestum est igitur quod quid est significat aliquando substantiam, aliquando quantum et aliquid aliorum praedicamentorum.

103b36. In tertia parte ostendit auctor quae praedicata habeant esse in eis quae significant quale, quantum et sic de aliis, dicens quod quando idem praedicatur de eodem, ut “homo est homo,” vel genus de eodem, significatur quid est; et per hoc quod dicit “idem de eodem,” significat definitionem et genus, unde intendit dicere quoniam quando praedicatur genus vel definitio, significat quid est, et ita genus et definitio sunt in eis quae significant quid est. Similiter dicit quod quando praedicatur aliud de alio significat non quid est sed quantum aut quale et sic de aliis. Et per hoc quod dicit “quando aliud de alio,” significat proprium et accidens. Unde proprium et accidens sunt in eis quae significant quale aut quantum aut aliquid aliorum. Et sic patet in quibus praedicamentis⁶³ habeant esse genus et definitio et in quibus proprium et accidens.

103b39. Deinde recapitulat auctor ea quae sunt dicta in praecedentibus, dicens quoniam de quibus sunt disputationes aut ex quibus, haec et tanta sunt. Et per hoc quod dicit “de quibus” tangit ipsa praedicata in quantum sunt terminus a quo dialecticus est syllogismus, et hoc prout sunt in problematibus. Et per hoc quod dicit “ex quibus” tangit praedicata in quantum sunt materialia orationis⁶⁴ sive principia materialia syllogismi⁶⁵, et hoc modo habent esse prout sunt in propositionibus. Unde per hoc quod dicit “de quibus” tangit ipsa praedicata secundum quod sunt in

⁶³ praedicamentis] -dicatis *L*

⁶⁴ orationis] omnia *L ut v.*

⁶⁵ syllogismi] similiter *L ut v.*

problematicis, per hoc quod dicit “ex quibus” tangit ipsa praedicata secundum quod sunt in propositionibus. Et consequenter ponit illud proemium capituli sequentis, dicens quoniam post haec quomodo sumemus et per quae facile poterimus dicendum. Et hoc quod dicit “quomodo sumemus” pertinet ad capitulum. Cum vero dicit “et per quae facile poterimus,” pertinet ad illud capitulum in quo determinat abundantiam rationum dialecticarum. Et haec completa est sententia huius lectionis.

Continuatio ad praecedens patet, quia <quod> ostensum est in praecedenti⁶⁶ lectione, scilicet quod omnis propositio et omne problema indicat aut genus aut definitionem aut proprium aut accidens supponitur ad ostendendum illud quod⁶⁷ [intenditur, scilicet] hic⁶⁸ ostenditur, scilicet quod omnis propositio et omne problema significat aut quid est aut quale aut quantum et sic de aliis. Quia igitur in lectione ista supponitur quod ostensum est in praecedenti lectione, manifestum est quod pars ista recte sequitur partem praecedentem.

Ordo partium inter se patet, quia prius est dividere praedicamenta communiter in suas differentias et postea quid est in suas differentias, eo quod prior et maior est differentia ipsius quid est ad alia quae non dicunt quid est quam unius quid est ad alterum quid est; et sic patet ordo primae partis ad secundam. Item, duarum primarum partium ad tertiam patet ordo, quia in tertia parte ostendit quae praedicata habent esse in eis quae significant quid est et quae in eis quae significant quantum aut quale. Sed prius est dividere praedicamenta communiter et postea dividere quid est in suas differentias quam determinare quae praedicata sint in eis quae significant quid est et quae praedicata sint in aliis. Ultimo autem est

⁶⁶ praecedenti] praesenti *L*

⁶⁷ quod] dicitur *add. sed exp. L*

⁶⁸ hic] hoc *L ut u.*

recapitulare ea quae dicta sunt et deinde ponere proemium eorum quae dicenda sunt. Et sic patet ordo.

1. Hoc habito, quaeritur primo. In sequentibus enim non determinabit auctor construere et destruere genus in substantiis neque in quantitibus aut qualitibus. Immo solum docebit genus construere inquantum est genus, similiter definitionem inquantum est definitio et proprium inquantum est proprium et accidens inquantum accidens, et non docebit neque destruere in substantiis neque in quantitibus aut qualitibus et sic de aliis. Quare videtur quod istae differentiae praedicatorum sint solum secundum materiam, et ita non debet descendere ad huiusmodi differentias, et sic videtur quod male ponat hic huiusmodi divisionem.

Ad hoc dicendum quod istae differentiae, substantia, quantitas, qualitas, non solum faciunt differe praedicata secundum materiam, immo etiam aliquando secundum speciem. Hoc maxime patet in definitione. Aliter enim definiuntur substantiae, quantitates, qualitates, et aliter definiuntur ea quae sunt ad aliquid. Unde non est idem modus definiendi in omnibus generibus, et propter hoc in methodo de definitione descendit auctor ad definitione<m eorum> quae sunt ad aliquid. Similiter organa et ea quae sunt in motu et actione et passione definiri habent per finem, aliae vero res non. Quare patet quod non est in omnibus idem modus definiendi secundum speciem. Unde istae differentiae rerum et praedicamentorum non solum faciunt differe praedicata sive differentias praedicatorum secundum materiam, sed etiam secundum formam et speciem, et ideo descendit ad huiusmodi differentias. Si autem istae differentiae essent ubique differentiae secundum materiam, verum est quod ad has non deberet descendere.⁶⁹

2. Item, quaeritur: Cum differentiae praedicatorum sunt in his praedicamentis sicut accidens in subiecto, prius autem est subiectum quam accidens quod est in illo, videtur ergo quod istae differentiae sint priores quam differentiae praedicatorum determinatae, et ita haec divisio

⁶⁹ ad hoc...descendere] *an delendum?* (cf. *solutiones 1 et 2 infra*).

praedicamentorum deberet poni ante divisionem praedicatorum quattuor quae posita est supra et non hic. Sunt enim haec quattuor praedicata in decem generibus, ut in substantia, quantitate et aliis, sicut accidens in subiecto. Haec enim intentio, genus, accidit substantiae ut est praedicatum.

3. Item, quaeritur utrum divisio decem praedicamentorum sit in modos praedicandi vel in res praedicatas. Non in modos praedicandi, quia non sunt nisi duo modi praedicandi, scilicet quid et quale; est enim quale commune omnibus aliis a substantia ut est modus praedicandi. Male ergo dividit in quid et quale et quantum et ita de aliis, si divisio sumeretur penes modos praedicandi. Si sumatur penes res praedicatas, | f. 20va | hoc non videtur per sequentem divisionem. Consequenter enim dividit quid in substantiam, qualitatem et sic de aliis. Sed quid ut est res praedicata non dividitur sic, sed solum reperitur in substantia; quid enim ut est res praedicata solum dicit substantiam.

4. Item, quaeritur quare dicit⁷⁰ “quale, quantum” in concretionem et non in abstractionem; debet enim dicere “qualitas, quantitas” quia sic sunt genera praedicamentorum.

5. Item, quaeritur de ordine quare hic ordinet quale ante quantum, cum in *Praedicamentis* fiat ordinatio econverso.⁷¹

6. Item, quaeritur cum quid sit primo in praedicamento substantiae (est enim ibi secundum significare et secundum dici) et etiam possit reperiri in omnibus aliis praedicamentis (quid enim dividitur in substantiam et qualitatem et in alia), quare similiter quale cum sit⁷² primo in qualitate non possit reperiri in omnibus aliis; potest enim esse in omnibus aliis a substantia ut dicit modum praedicandi sed non potest reperiri in substantia. Similiter, eadem quaestio est de quantum quod cum primo sit in quantitate quare non reperitur in aliis.

⁷⁰ Arist. *Top.* 1.9103b22.

⁷¹ Arist. *Cat.* 4.1b25–27.

⁷² cum sit] ipsum *L*

7. Item, quale quandoque est res praedicata, et sic est proprium qualitatis, quandoque modus praedicandi, et sic est [modus] commune aliis praedicamentis a substantia. Quare similiter alia praedicamenta, ut quantitas, relatio et alia, non possunt habere communicantiam quodammodo praedicandi et approprientur ratione rei praedicatae?

8. Item, obicitur de hoc quod dicit quod si dicatur “albedo est color,” dico quid et significo quale.⁷³ Videtur enim quod sicut dicit quid, sic significet quid, et videtur idem esse dicere et significare quantum ad hoc; vel dicatur differentia inter dicere et significare.

9. Item, obicitur de hoc quod dicit “Si dicatur idem de eodem etc.”⁷⁴ Non enim talis propositio videtur esse dialectica. Haec enim propositio, “Homo est homo,” in qua idem dicitur de se, non indicat genus vel definitionem vel proprium vel accidens.

Si dicatur quod appellat idem dici⁷⁵ de eodem cum definitio dicitur de definito, hoc non videtur per exemplum quod subiungit cum dicit “si quis dixerit hominem esse hominem vel animal.”⁷⁶

10. Item, obicitur de hoc quod dicit “sive aliud de alio,”⁷⁷ et vocat aliud dici de alio cum accidens vel proprium praedicatur; haec enim praedicantur in concretione ad subiectum. Sed cum proprium et accidens sint idem simpliciter cum eis quorum sunt (accidens enim est idem cum subiecto et proprium idem † proprio †), videtur quod haec non dicantur de alio sed potius de eodem.

11. Item, quaeritur qualiter definitio est in genere, cum oratio sit complexum. Complexum enim inquantum huiusmodi non est in genere. Decem enim genera sunt incomplexa.

⁷³ Arist. *Top.* 1.9.103b31–33.

⁷⁴ Arist. *Top.* 1.9.103b35–37.

⁷⁵ dici] *add. s.l. L*

⁷⁶ Arist. *Top.* 1.9.103b29–31.

⁷⁷ Arist. *Top.* 1.9.103b37–39.

12. Item, “ex quibus disputationes sunt.”⁷⁸ Dupliciter sunt disputationis dialecticae vel syllogismi dialectici [sunt] principia: complexa et incomplexa. Cum ergo determinata sunt solum principia incomplexa, ut quattuor praedicata, et non principia complexa, ut propositiones dialecticae, male dicit quod sufficienter sunt determinata principia ex quibus sunt disputationes.

13. Item, quaeritur quare dicit⁷⁹ disputationes et non syllogismos, cum disputatio et species eius proprie determinantur in *Libro elenchorum*, syllogismus autem et proprietates vel differentiae eius in hoc libro, ut patet in principio huius libri.

14. Ultimo quaeritur de hoc quod tangit ea quae determinantur consequenter cum dicit: “Post haec dicendum quomodo sumemus et per quae facile poterimus,”⁸⁰ et in hoc videtur tangere ea quae determinantur in illa parte in qua determinat instrumenta abundandi syllogismis, quare non similiter tangit ea quae determinantur consequenter immediate, ut propositio dialectica, problema, positio; haec enim non videtur tangi per illud proemium.

Solutio.

1. Ad primum dicendum quod quid ut sumitur hic dicit modum praedicandi, et non idem solum cum substantia, sed est commune omnibus praedicamentis; similiter quale, quantum et alia, ut sumuntur in concreione, habent naturam communem. Unde dicendum quod non descendit hic ad substantiam inquantum substantia est nec ad quale inquantum est qualitas, sed inquantum habent naturam communem. Similiter genus, definitio, proprium et accidens, quae sunt quattuor praedicata, non solum discernunt⁸¹ substantiam vel qualitatem, sed omnia praedicamenta. Et propter hoc determinat hic de praedicamentis ut habent

⁷⁸ Arist. *Top.* 1.9.103b39.

⁷⁹ Arist. *Top.* 1.9.103b39.

⁸⁰ Arist. *Top.* 1.9.104a1.

⁸¹ discernunt] *lectio incerta*

naturam communem nec descendit ad substantiam in quantum substantia nec ad alia. Et sic patet solutio ad primum.

2. Ad secundum dicimus quod decem genera possunt ordinari ad quattuor praedicata dupliciter. Vel secundum se, et sic sunt priora decem genera quattuor praedicatis, cum sint subiecta praedicatorum quattuor; est enim genus in substantia ut accidens in subiecto; similiter de aliis. Vel possunt ordinari in respectu ad hanc scientiam sive in respectu ad problemata, cum faciant differere problemata secundum speciem et formam, substantia autem et qualitas et alia solum secundum materiam.

3. Ad tertium dicunt quidam quod prima divisio est secundum res praedicatas, secunda autem secundum modos praedicandi. < * * * > Unde dicendum quod prima divisio est secundum modos praedicandi, sed notandum quod ibi est duplex divisio, et debet intelligi quod⁸² ex divisione ibi posita decem generum quaedam significant quid, quaedam vero significant quale, et haec divisio est penes modos praedicandi, et deinde est dividendum ultimum membrum in quale, quantum et alia, et fortasse haec sequens divisio est secundum rem praedicatam et non secundum modos praedicandi.

4. Ad quartum dicendum quod accidens et⁸³ proprium ut sunt differentiae praedicatorum dicuntur in concrectione et non in abstractione, et non determinat de quali et quanto et aliis nisi propter accidens et proprium, et propter hoc dicit quale et quantum et non qualitas et quantitas.

5. Ad quintum <dicendum> quod quantitas ut⁸⁴ est forma abstracta prior est qualitate, et sic ordinatur in *Praedicamentis*, sed ut sunt formae concretae econtrario accidit, quia qualitas plus de se dicit concrectionem sui⁸⁵ ad subiectum quam quantitas vel relatio et sic de aliis. Cuius signum est cum in praedicamento qualitatis non solum determinet | f. 20vb | de

⁸² quod] quaedam *L ut v.*

⁸³ et] id cuius est accidens *add. sed exp. L*

⁸⁴ ut] *ex in corr. L ut v.*

⁸⁵ sui *add. s.l. L*

qualitate sed etiam de quali,⁸⁶ sed in praedicamento quantitatis non determinat de quanto sed de quantitate, et sic patet per Aristotelem quod qualitas plus dicit concretionem ad subiectum quam aliquod aliorum accidentium, et propter hoc in respectu ad concretionem prius est qualitas quanto et aliis. Propter hoc prius ponit hic quale quam quantum.

Sed potest quaeri causa quare qualitas plus dicat in concrectione ad subiectum quam quantitas vel alia, cum⁸⁷ signum huius habeatur ab Aristotele in *Praedicamentis* et non causa. Accidens enim in quantum accidens dicitur ad subiectum; accidentis enim esse est inesse. Qualitas autem in quantum huiusmodi proprie dicit comparisonem ad subiectum quae est accidentis in quantum accidens dicit comparisonem ad subiectum; qualitas enim proprie est in substantia tanquam in subiecto. Sed quantitas in quantum quantitas non dicit comparisonem accidentis ad subiectum sed dicit comparisonem ipsius ad substantiam sicut mensura ad mensuratum. Similiter relatio non dicit comparisonem ad substantiam ut accidens ad subiectum sed ut terminata duabus substantiis. Similiter passio non est passio propter comparisonem ad subiectum, quae comparatio est causa concrectionis. Propter hoc qualitas proprie dicit concrectionem ad subiectum et non alia.

7. Per hoc patet solutio ad septimum. Quantitas enim et relatio et alia retinent proprie condicionem qualitatis; sunt enim in subiecto et dicunt abstractionem ut qualitas, sed hoc non est in quantum quantitas vel relatio, sed qualitas non retinet propriam condicionem quantitatis vel relationis. Propter hoc quale est substantiae accidens et non quantum vel relatio.

6. Ad sextum dicendum quod quid quod est appropriatum substantiae est in aliis secundum quod abstrahuntur, et illud quod est in alio potest significari ut non in alio et in abstractione, unde dicitur⁸⁸ quod abstrahentium non est mendacium. Sed substantia, quae non est in alio,

⁸⁶ Arist. *Cat.* 8.10a26–b11.

⁸⁷ cum] licet *L ut v.*

⁸⁸ Arist. *Phys.* 2.2.193b35.

non potest significari ut in alio, quia sic componeretur alii quod de se est divisum, et componentium potest esse mendacium licet non abstrahentium, et propter hoc qualitas vel quantitas non potest esse in substantia ut commune⁸⁹ substantiae sicut quod est quid quod primo inest substantiae reperitur in aliis.

8. Ad aliud dicendum quod idem est significare et dicere, et dicendo, “Albedo est color,” et dico quid et significo quid, et similiter dico quale et significo quale, et idem est dicere et significare quoad hoc. Et hoc patet in fine cum dicit “si dicatur idem de eodem sive de hoc genus quid est significat, si aliud de alio quale aut quantum significat,”⁹⁰ et non apponitur “dicere,” quod⁹¹ signum est quod idem est dicere et significare. Sed notandum quod significare dupliciter est, et similiter dicere. Uno modo significare potest sumi secundum modum significandi et praedicandi, et sic quid potest esse in qualitate, et sic cum dicitur “albedo est color,” significatur quid; color enim dicit quid albedinis secundum quod quid dicit modum praedicandi. Vel potest significare esse non quoad modum sed quoad rem significatam, et sic dicendo “albedo est color” significatur et dicitur quale; color enim—et etiam omnis qualitas—ut est res praedicata dicit quale, et quantitas quantum, et ita de aliis.

Vel aliter, faciendo vim in dicere et significare, dicendum [enim] est quod dicere dicit comparisonem praedicati ad subiectum sive eius quod dicitur ad illud de quo dicitur, et sic color dicit quid quia dicitur de albedine sicut genus de specie, significare autem proprie est ex copulatione vocis cum intellectu, et quoad hoc “color” significat quale et non quid, scilicet in comparisonem ad rem quam significat.

9. Ad aliud dicendum est quod appellat idem dici de eodem sicut definitio dicitur de definito, et sumitur “idem” proprie ut est idem definitione. Quia obicitur de exemplo, solvendum est faciendo vim in

⁸⁹ commune] *lectio incerta*

⁹⁰ Arist. *Top.* 1.9.103b35–39.

⁹¹ quod] cuius *L*

exemplo. Cum enim dicit “si quis dixerit hominem esse hominem,” per hoc quod dicit “esse hominem” notatur definitio hominis ratione rei⁹² esse; definitio enim indicat esse rei.

10. Ad aliud dicendum quod “idem” potest sumi secundum quod dicit maximam identitatem, et hoc est idem definitione, vel potest sumi communiter. Similiter “aliud” potest sumi dupliciter; uno modo secundum quod opponitur maximae identitati, et sic proprium et accidens sunt aliud ab eis cuius⁹³ sunt proprium vel accidens, alio modo secundum quod opponuntur identitati communiter, et sic proprium et accidens non sunt aliud sed potius idem.

11. Ad aliud dicendum quod definitio potest sumi aut secundum se aut ratione partium, et est definitio ordinabilis in genere ratione partium, quae sunt genus et differentia, licet non secundum se ordinetur in genere.

12. Ad aliud dicendum quod per “ex quibus” notatur causa materialis solum. Dico ergo quod quattuor praedicata sunt solum causa materialis respectu syllogismi dialectici vel disputationis et non se habent in alio genere causae, sed propositio in duplici genere causae se habet respectu syllogismi. Propositio enim dialectica ratione suorum terminorum est causa materialis, sed ratione probabilitatis quae est in propositione dialectica est causa efficiens. Propter hoc dicit sufficienter “ex quibus,” referendo ad principia incompleta et non ad complexa⁹⁴.

13. Ad aliud dicendum quod differentia est inter disputationem et syllogismum. Disputatio enim dicitur in comparatione ad alterum, syllogismus autem non. Praeterea,⁹⁵ syllogismus dicit⁹⁶ comparationem praemissarum⁹⁷ ad conclusionem, unde syllogismus compositus est ex

⁹² rei] *lectio incerta*

⁹³ cuius] s *add. sed exp. L* : quorum *malim*

⁹⁴ complexa] *incomplexa L*

⁹⁵ praeterea] *lectio incerta*

⁹⁶ dicit] *dicitur L ut v.*

⁹⁷ praemissarum] *primorum L ut v.*

praemissis⁹⁸ et conclusione, disputatio autem non est proprie composita ex praemissis⁹⁹ et conclusionibus sed proprie composita est ex interrogatione et responsione, et interrogatio et responsio proprie sunt circa quattuor praedicata quae praedeterminata sunt. Propter hoc dicit disputationes et non syllogismos.

14. Ad ultimum dicendum quod per hoc quod dicit “quomodo sumemus” non solum notat modum sumendi propositiones sed etiam summptionem propositionum dialecticarum et problematum et positionum quae determinantur immediate, per ultimam | f. 21ra | coniunctionem¹⁰⁰ tangit capitulum de instrumentis abundandi syllogismis.

⁹⁸ praemissis] primis *L ut v.*

⁹⁹ praemissis] primis *L ut v.*

¹⁰⁰ coniunctionem] conclusionem *L ut v.*

A8

Anonymus, *Comm. in Top.*

(Todi, Biblioteca Comunale 54, ff. 61ra–109va)

| f. 64vb |

Quoniam autem ex prius dictis etc. (1.8.103b2)

Illa pars in qua actor determinat de quattuor praedicatis divisa fuit in duas partes. In quarum prima determinat de ipsis quantum ad substantiam, in secunda determinat de ipsis quantum ad eorum numerum et sufficientiam. Prima incipit ibi: *Dicendum autem quid etc.* (1.5.101b38), secunda, ubi incipit praesens lectio, ibi scilicet: *Quoniam autem etc.* (1.8.103b2)

Prima parte executi, hic aggreditur actor secundam partem, illa scilicet in qua determinat de ipsis quantum ad eorum sufficientiam; sequitur etiam cum hoc illa pars in qua determinat de praedicamentis, sive de illis contractis ad materiam praedicamentorum. Et sic sunt duae partes in praesenti lectione in grosso. Prima hic: *Quoniam autem etc.* (1.8.103b2), secunda hic: *Post haec autem oportet terminare* (1.9.103b20)

Prima dividitur in duas. In prima probat numerum quattuor praedicatorum quantum ad sufficientiam per inductionem, in secunda hoc idem facit per rationem syllogisticam. Secunda hic: *Alia autem fides etc.* (1.8.103b6)

Secunda pars principalis similiter dividitur in duas partes; nam in prima determinat de praedicamentis tangendo causam quare de ipsis determinet, in secunda vero parte infert quoddam correlarium. Prima hic: *Post haec autem etc.* (1.9.103b20), secunda hic: *Manifestum est autem etc.* (1.9.103b27)

Prima dividitur in tres, cum in prima parte dat intentionem suam tangendo causam illius intentionis, in secunda determinat de intento, in tertia vero probat causam intentionis suae. Prima hic: *Post haec autem*

etc. (103b20), secunda hic: *Sunt autem numero decem* (103b21), tertia hic: *Semper enim accidens* (103b23).

Illa vero pars in qua actor concludit illud correlarium dividitur in tres, nam in prima parte ponit illud correlarium, in secunda manifestat per exempla, in tertia recapitulat, cum hoc ponens ingressum ad sequentem partem. Prima hic: *Manifestum autem ex eisdem* (103b27), secunda hic: *Nam quando posito homine* (103b29), tertia hic: *Quare de quibus* etc. (103b39)

Et sunt octo partes in praesenti lectione. In quarum prima probat actor sufficientiam praedicatorum per inductionem, in secunda per syllogismum, in tertia dat intentionem suam cum hac tangens causam quare determinet de praedicamentis, in quarta determinat de illis quantum ad numerum et substantiam, in quinta probat causam illius intentionis, in sexta concludit quoddam correlarium, in septima manifestat illud, in octava quasi recapitulat ea quae dicta sunt, simul ponens ingressum ad partem sequentem.

1.8.103b2. Circa primam partem sic procedit actor dicens: Iam determinatum est de quattuor praedicatis quantum ad substantiam, *autem*, pro sed, *autem quoniam orationes fiunt* [ex his] *ex prius dictis* (et per hoc tangit minorem extremitatem) *et per haec* (et propter hoc tangit medium) *et ad haec*¹⁰¹ (et per hoc tangit maiorem extremitatem; in disputatione enim dialectica probatur maior extremitas de minori per medium), *una fides est per inductionem*, id est potest probari per rationem inductivam. Et est ratio inductiva talis. Intendetur probare quod omnis propositio et omne problema est de aliquo istorum praedicatorum sic: Ista propositio et istud problema¹⁰², demonstrata aliqua propositione et problemate, est aut de genere aut de proprio aut de accidente aut de definitione, ista propositio et illa et illud problema et sic de aliis; ergo omnis propositio et

¹⁰¹ tangit *add. T*

¹⁰² est de aliquo istorum praedicatorum *add. sed exp. T*

omnis problema est de aliquo istorum. Et ita probavit per inductionem sufficientiam istorum quattuor. Et in hoc terminatur prima pars.

103b6. Hoc habito, sequitur secunda. Et hoc idem probat per rationem syllogisticam sic: Omne illud quod conversim praedicatur vel non conversim, in quid vel non quid, est aut genus aut proprium aut accidens aut definitio; sed omne illud quod praedicatur aut praedicatur conversim aut non conversim aut in quid aut non in quid; ergo omne quod praedicatur aut est accidens aut est proprium aut genus aut definitio. Maiorem istius rationis ponit in sufficientia in littera cum dicitur: *Necesse est enim omne quod praedicatur* (103b7), et declarationem illius per exempla.

1.9.103b20. Hoc habito, sequitur tertia pars in qua dat intentionem suam dicens: Ita determinatum est de quattuor praedicatis, *autem*, pro sed, sed *post haec oportet* determinare genera praedicamentorum. Et tangit causam dicens: *in quibus* praedicamentis sunt quattuor dictae differentiae; nam in praedicamento substantiae sunt illae quattuor differentiae, et similiter in aliis.

103b21. Sequitur quarta pars in qua determinat de intento, ita dicens quod oportet determinare de praedicamentis, *autem*, pro sed, illa *sunt decem numero* (et per hoc determinat de ipsis quantum ad numerum), et explanat quae sunt illa, scilicet *quid, quale, quantum*, et sic de aliis (et in¹⁰³ hoc determinavit de ipsis quantum ad eorum substantiam).

103b23. Sequitur quinta pars in qua probat suam causam. Ita dictum erat quod oportebat determinare de decem praedicamentis quia quattuor praedicata sunt in illis, et quod hoc verum sit probat per unam rationem sic: Omnis propositio aut est de genere aut de proprio aut de accidente aut de definitione; sed omnis oratio sive propositio aut significat

¹⁰³ in] *add. s.l. T*

substantiam aut quantitatem aut qualitatem, et sic de aliis; ergo quattuor praedicamenta sunt materia respectu orationis. Patet quod illa erunt in decem praedicamentis. Conclusionem huius rationis primo ponit in littera cum dicit: *Semper enim accidens* (103b23), minorem ponit cum dicit: *nam omnes ab his* etc. (103b25)

103b27. Hoc habito, sequitur sexta pars in qua ponit correlarium dicens: Ita dictum est quod quattuor praedicata sunt in quolibet praedicamento, sed duo illorum praedicatorum significant substantiam et praedicantur in quid; ex hoc infert: *Manifestum autem est ex eisdem*, id est ex eis quae dicta sunt, *quoniam* substantia et quantitas et qualitas et sic de aliis dicunt quid.

103b29. Sequitur septima pars in qua istud manifestat per exempla dicens: Bene dixi quod omnia praedicamenta dicunt quid, *nam*, pro quia, *quando* aliquis *dixerit* illud *quod positum est, posito homine*, et dicit *hominem esse*, dicendo sic: “Homo est homo,” *vel animal*, id est dicendo sic: “Homo est animal,” *et quid est dicit et substantiam significat*; *quando vero colore albo posito dicit quod positum est, scilicet album esse*, dicendo sic: “Album est album,” *vel colorem*, dicendo sic: “Albedo est color,” *quid dicit et quale significat*. *Similiter et de quantitate*, sic dicendo: “Linea est linea” vel “Linea est quantitas,” *quid dicit et quantum significat*. *Unumquodque enim talium, sive idem dicatur de eodem sive genus illius dicatur de ipso*, semper quid dicit, tamen non semper quid significat nisi solum in praedicamento substantiae (unde intelligendum quod li “talium” referatur ad ea quae sunt in praedicamento substantiae). Si vero dicitur aliquid de alio, ut hic: “Homo est albus,” hoc quod dico “albus” nec quid dicit nec quid significat, sed (...) non est species esse coloris, et sic intelligendum de omnibus praedicamentis aliis a substantia.

103b39. Hoc habito, concludit dicens: *Quare haec et tanta sunt*, id est sunt dicta, de illis *de quibus sunt disputationes*, id est de quattuor

praedicatis (tangit | f. 65ra | maiorem extremitatem cum dicit *de quibus*, id est ad quae, per hoc autem quod dicit postea *ex quibus* tangit minorem extremitatem et medium). Deinde ponit ingressum ad partem sequentem cum dicit: *quomodo autem sumemus et per quae poterimus sumere facile*, id est faciliter, *post haec dicendum*.

Circa partem istam restant quaedam dubitabilia. Primo dubitatur de dictis in prima parte principali, secundo de dictis in secunda.

1. Primo ergo quaeritur cum Aristoteles probet hic numerum problematum per numerum quattuor praedicatorum, quare Aristoteles non probat numerum quattuor quaestionum.

Ad hoc dicendum quod omnes quaestiones non conveniunt demonstratori primo et principaliter (nam quaestio si est et quid est non sibi conveniunt primo), et ideo non ponit numerum quattuor quaestionum; sed quia omnia problemata conveniunt dialectico primo et principaliter, propter hoc probat ibi Aristoteles numerum problematum ex consequenti, id est ponendo numerum praedicatorum.

2. Item quaeritur quare Aristoteles ibi non probat numerum praedicamentorum sicut probat numerum praedicatorum.

Ad hoc dicendum quod cuius est considerare ens eiusdem est probare partes entis, et ita cum decem praedicamenta sint partes entis et ens conveniat metaphysico, ei pertinet probare partes entis sive numerum, et propter hoc dico quod logicus supponit eorum numerum probatum a metaphysico.

3. Item, quaeritur quare non facit mentionem de differentia in ponendo rationem inductivam, sicut facit quando ponit rationem syllogisticam.¹⁰⁴

Ad hoc dicendum quod in inductione de quocumque praedicatur genus, et sua differentia, unde si possum dicere “Sor est animal,” potero

¹⁰⁴ Arist. *Top.* 1.8.103b14–16.

dicere “Sor est rationale.” Sed in syllogismo diversus est modus praedicandi, et ideo cum genus et differentia differant penes modum praedicandi, propter hoc fecit mentionem de differentia in ratione syllogistica.

4. Item, quaeritur de dictis in littera quod quicquid ponitur in definitione est genus vel differentia.¹⁰⁵

Contra. Haec est quaedam definitio: “Linea est quaedam longitudo sine latitudine cuius extremitates sunt duo puncta”; sed hoc quod dico “puncta” non est genus vel differentia; ergo videtur mentiri in littera.

Hoc idem videtur, quia dicit Aristoteles in sexto *Topicorum*¹⁰⁶ quod in definitione bene assignata ponitur definitum et definitio; ergo cum definitum non sit neque genus neque differentia, male dicit Aristoteles in littera.

Solutio. Ad hoc dicendum quod “quicquid ponitur in definitione est genus vel differentia” verum est si sit tale quod praedicetur.

Ad hoc quod tu obicis quod in hac definitione “Linea etc.” ponitur hoc quod dico “puncta” cum neque est genus neque differentia, dico quod hoc quod dico “puncta” non praedicatur.

Similiter ad hoc quod tu obicis de definito dico quod in definitione definitum non praedicatur. Unde intelligendum quod quicquid praedicatur in definitione oportet quod sit aut genus aut differentia.

Circa partem secundam quaeritur.

5. Et quaeritur cum Aristoteles determinet de praedicamentis in libro *Posteriorum*, et quare similiter non determinat de his in libro *Priorum* et in libro *Elenchorum*.¹⁰⁷

¹⁰⁵ Arist. *Top.* 1.8.103b14–16.

¹⁰⁶ *locum non inveni*

¹⁰⁷ Arist. *APo* 1.22.

Ad hoc dicendum quod in libro *Priorum* non potuit, et hoc est quia ibidem determinat de materia exemplari, et quia materia praedicamentorum repugnat tali materiae quoniam materia praedicamentorum est specialis, propter hoc in libro *Priorum* non potuit. Item, in libro *Elenchorum* non potuit, quia habitudo † posterior † in praedicamentis est vera et necessaria, et quia materia syllogismi sophisticus debet esse falsa, non fundatur super habitudines veras; propter hoc de praedicamentis non potuit determinare in libro *Elenchorum*. In libro *Posteriorum* potuit, et hoc est quia ibi considerat materiam veram et necessariam, et quia materiam praedicamentorum est necessaria, propter hoc potuit de praedicamentis determinare in libro *Posteriorum*.

6. Item, in libro *Posteriorum*¹⁰⁸ probat statum praedicamentorum, hic autem non. Quaeritur quare non.

Ad hoc dicendum quod in libro *Posteriorum* determinat de syllogismo demonstrativo, cuius conditio est immediatio, et quia immediatio non posset esse nisi mediante statu, propter hoc de statu determinat, cum mediante statu habeatur immediatio; non enim est hic status: “Triangulus habet tres,” et ideo non est immediata, sed haec est immediata: “Omnis figura plana etc.,” et ideo est ibi status, quia nisi esset immediata iam esset abire in infinitum.

7. Praeterea, dicit quod in praedicamentis “sunt quattuor dictae differentiae.”¹⁰⁹ Superius appellavit illa genera. Sed genus dividitur contra differentiam. Ergo si sunt genera, non sunt differentiae. Ibi enim appellavit illa genera: *Propria autem in unoquoque determinatorum generum assignata methodo* etc. (1.6.102b38)

Ad hoc dicendum quod uno respectu sunt genera, alio differentiae; sunt enim genera subiecta problematum et propositionum, sed sunt differentiae praedicamentorum quia circueunt omne praedicamentum.

¹⁰⁸ Arist. *APo* 1.22.

¹⁰⁹ Arist. *Top.* 1.9.103b20–21.

8. Item, quaeritur qualiter differenter determinatur de praedicamentis hic et in libro *Praedicamentorum* et *Posteriorum*.

Ad hoc dicendum quod in libro *Praedicamentorum* de ipsis determinatur inquantum cadunt in suis lineis absolute, in hoc autem libro inquantum ponuntur actualiter in oratione vel in propositione, in libro *Posteriorum* inquantum constituunt condicionem syllogismi demonstrativi quae est immediatio.

9. Item, quaeritur quare dicit quod definitio est in praedicamentis. Videtur enim hoc esse falsum, nam definitio est quid complexum; praedicamentum quodlibet est incomplexum vel se habet in ratione incomplexi (et hoc dico propter¹¹⁰ relationem); sed nullum complexum est in incomplexo; ergo definitio non est in praedicamentis.

Ad hoc <dicendum> quod aliquid potest esse in alio dupliciter: aut secundum se aut secundum suas partes. Dico ergo quod definitio est in praedicamentis secundum suas partes et non secundum se, et sic cessat obiectio.

¹¹⁰ propter] hoc *add. sed exp. ut v. T*

A10

Magister Robertus

Scriptum super Libro topicorum

([O] Oxford, Bodleian, Can. Misc. 403, ff. 182r–221r)

| f. 186va |

Primum autem omnium de eodem determinandum etc. (1.7.103a6)

[...]

1.9.103b20. Hoc habito, determinat auctor de decem praedicamentis, et illa pars dividitur in duas. In quarum prima ponit prooemium, dicens quod oportet determinare genera praedicamentorum in quibus sunt quattuor dictae differentiae.

103b21. Consequenter exequitur propositum, dicens quod sunt in numero decem: quid, quantum, quale et ita de aliis; et dicendum est de his eo quod haec quattuor praedicata reperiuntur in istis decem praedicamenta, quia propositiones factae de his quattuor praedicatis significant aliquod praedicamentorum¹¹¹.

103b27. Consequenter infert correlarium manifestum, dicens quod postquam genus reperitur in omnibus decem praedicamentis, et genus praedicatur in quid, manifestum est quoniam quid quandoque significat substantiam, quandoque quale et ita de aliis, quia dicendo, “Homo est animal,” quid dico et quid significo, dicendo autem, “Bicubitalis magnitudo est magnitudo,” quid dico et quantum significo. Causam¹¹² dicit: quod sive idem de eodem dicatur sive genus de specie, quid dico, quando autem aliquid aliud de alio dicitur, non significo quid sed potius

¹¹¹ aliquod praedicamentorum] praedicamentum aliorum *O*

¹¹² causam] cum *O ut v.*

quantum vel quale et ita de aliis. Ex hoc infert quod haec et tanta sunt ex quibus disputationes sunt et de quibus.

[...]

| f. 186vb |

Item, prius est determinare de praedicatis quam de praedicamentis, eo quod praedicamenta distinguuntur a praedicatis † et multiplicantur †, et quia methodi sequentes diversificabuntur penes praedicata et non penes praedicamenta; cuius causa est quia praedicata dicunt modos, praedicamenta dicunt res, sed logica principaliter est de intentionibus et non de rebus.

[...]

| f. 187rb |

4. Circa quartum sic.

4.1. Cum posterior scientia debeat supponere a priori, videtur quod male determinat hic de praedicamentis cum determinatum sit de his in *Libro praedicamentorum*.

4.2. Item, quaeritur quare appellat hic¹¹³ praedicata differentias, superius¹¹⁴ vero genera.

4.3. Item, quaeritur quae est differentia inter dicere et significare cum dicat¹¹⁵ quod quaedam <dicunt> quid et significant quale, cum dicere sit voce significare.

4.4. Item, dicit¹¹⁶ quod quando idem de eodem praedicatur, quid significo. Sed contra: Illud quod praedicatur in quid respondetur ad interrogationem factam per "Quid?". Sed idem non respondetur ad

¹¹³ Arist. *Top.* 1.9.103b21.

¹¹⁴ Arist. *Top.* 1.6.102b39.

¹¹⁵ Arist. *Top.* 1.9.103b35–39.

¹¹⁶ Arist. *Top.* 1.9.103b31–33.

interrogationem factam per "Quid?", quia quaerendo, "Quid est homo?" non respondetur, "Homo." Ergo non praedicatur in eo quod quid idem de eodem.

4.1. Ad primum dicendum quod praedicamenta possunt considerari secundum ordinem quem habent in linea praedicamentali, eo quod praedicamentum est ordinatio praedicabilium, et sic determinatum est de his in *Praedicamentis*. Aut possunt considerari secundum quod praedicantur in propositione vel problemate et non in linea praedicamentali, et sic hic determinatur de his. Vel dicendum quod dicit¹¹⁷ "terminare," sed in *Praedicamentis* non sunt determinata per considerationes de subiectis¹¹⁸, et ideo non superfluit hic determinare.

4.2. Ad aliud dicendum quod illa praedicata¹¹⁹ comparata ad methodos sunt ea ex quibus generantur media et considerationes, et propter hoc respectu illorum dicuntur genera, sed quia sunt formae communes respectu praedicamentorum, ideo cum differentia sit forma, appellat ipsa differentias.

4.3. Ad aliud dicendum quod non facit vim inter dicere et significare, quod patet per litteram sequentem; dicit enim quod quando idem de eodem <dicatur> vel genus de specie, quid significo, quando aliud de alio, quale significo, et ita de aliis.¹²⁰ Sed facit vim in hoc quod dico "quid,"¹²¹ quia quid secundum rem convenit substantiae, quid secundum ordinem aliis.

4.4. Ad aliud dicendum quod (...) per se de se ipso in propositione eo quod ex tali non potest fieri syllogismus; nihil enim est (...) homo, homo iste est homo, sed in enuntiatione idem de se potest praedicari (...) unde

¹¹⁷ Arist. *Top.* 1.9.103b20.

¹¹⁸ subiectis] substantiis *O, ut v.*

¹¹⁹ praedicata] praedicamenta *O*

¹²⁰ Arist. *Top.* 1.9.103b35–39.

¹²¹ dico quid] *lectio incerta*

dicit Aristoteles in *Libro perihermeneias*¹²² quod haec est per se, “Bonum est bonum,” et intelligit de (...) in enuntiatione et non in propositione. Unde per hoc solvitur quod obicitur. Non enim est [[ide]] aliquis modus dicendi per se, quia illi modi determinati sunt modi per se in propositione et non in enuntiatione. Unde cum dicat Boethius¹²³ quod nulla propositio verior illa in qua idem praedicatur de se, intelligit de praedicatione in enuntiatione et non in propositione.

¹²² cf. Arist. *Int.* 14.23b7–8.

¹²³ Boeth. *in Perih.*¹ 215.18–25; *in Perih.*² 480.7–9.

A11

Adenulphus de Anagni

Notulae super Librum Topicorum Aristotelis

([C] Cambridge, Peterhouse 205, ff. 177v–276r; [P] Perugia, B. Com. 1077, f.1ra-119vb)

| f. 189rb |

Post haec autem oportet determinare genera praedicamentorum
(1.9.103b20)

Determinavit Aristoteles de principiis materialibus incomplexis quae sunt quattuor praedicata, hic determinat de principiis materialibus incomplexis quae sunt decem praedicamenta. Unde intentio Aristotelis est in hac parte determinare de decem praedicamentis.

Secundum hoc ista pars dividitur in partes tres: in prooemium et executionem et recapitulationem. Secunda pars incipit ibi: *Sunt autem haec numero* (103b21) Tertia incipit ibi: *Quare de quibus sunt* (103b39)

Pars secunda dividitur in tres. In prima parte ostendit quae et quot sunt genera praedicamentorum, in secunda probat quoddam dictum ibi, in tertia parte infert quoddam correlarium. Prima pars incipit ibi: *Sunt autem haec numero* (103b21), secunda ibi: *Semper enim accidens*¹²⁴ (103b23), tertia ibi: *Manifestum autem ex eisdem* (103b27).

Pars secunda dividitur in duas. In prima proponit, in secunda parte probat quid dictum est ibi. Prima pars incipit ibi: *Semper autem accidens* (103b23), secunda ibi: *nam omnes ab his*¹²⁵ *propositiones* (103b25)

Pars in qua concludit suum correlarium¹²⁶ dividitur in duas. In prima concludit correlarium, in secunda manifestat in quolibet praedicamento.

¹²⁴ accidens] genus C

¹²⁵ ab his] ad has C

¹²⁶ correlarium] dicit *add. sed exp. C*

Prima pars incipit ibi: *Manifestum autem ex eisdem* (103b27), secunda incipit ibi: *Nam quando posito* (103b29)

Pars recapitulativa potest dividi in duas. In prima ponit recapitulationem dictorum, in secunda ponit prooemium dicendorum. Prima incipit ibi: | f. 189va | *Quare de quibus*¹²⁷ (103b39), secunda ibi: *quomodo autem sumemus* (104a1).

Haec est divisio totius lectionis et sententia in generali.

In speciali sic procedit auctor:

103b20. Primo ponit prooemium, dicens quod *post haec*, id est post determinationem quattuor praedicatorum, *oportet determinari genera praedicamentorum, in quibus sunt dictae quattuor differentiae*, id est quattuor praedicata. Et sic terminatur pars prooemialis.

103b21. Sed tunc aggreditur partem executivam, et primo proponit quot et quae sunt numero, dicens quod *haec sunt decem*, scilicet *quid est*, id est substantia, et¹²⁸ *quale*, id est qualitas, et *quantum*, id est quantitas, et sic de aliis.

103b23. Consequenter probat quoddam suppositum ibi, scilicet quia auctor supponit ibi, videtur, quod in quolibet praedicamento sunt ista quattuor praedicata, tertio auctor hoc probat, et primo ponit¹²⁹, dicens quod *genus et proprium et accidens et definitio sunt semper in unoquoque horum praedicamentorum*.

103b25. Consequenter hoc probat, et innuit tale argumentum: Omnis propositio est de aliquo istorum quattuor praedicatorum; sed omnis propositio *aut* significat *quid aut quale aut quantum*, et sic de aliis; ergo unumquodque praedicatorum¹³⁰ reperitur in quolibet praedicamento.

103b27. Consequenter infert suum correlarium, et habet sic inferri: Ita dixi quod in quolibet praedicamento est genus etc., ergo *manifestum*

¹²⁷ quibus] quibusdam a.c. C

¹²⁸ et iter. C ut v.

¹²⁹ ponit P : propositum C

¹³⁰ praedicatorum] ex praedicamentorum corr. C ut v.

est ex eisdem, id est ex quattuor praedicatis¹³¹, *quoniam illud quod significat quid est quandoque significat substantiam*,¹³² *quandoque significat qualitatem*, [significat quid] *quandoque vero aliorum aliquid praedicamentorum*, quasi dicat: in quolibet praedicamento reperitur quid.

103b29. Et hoc manifestat in quolibet praedicamento, et primo in praedicamento substantiae, dicens quod *posito homine* si quis *dixerit quod positum est hominem vel animal, quid dicit et substantiam significat*, quasi dicat qui¹³³ dicit “homo est homo” vel “homo est animal” quid dicit et substantiam significat. Similiter, qui dicit “album est album” *quid dicit et quale significat* et qui dicit “magnitudo est magnitudo”, “bicubitum est bicubitum”, *quid dicit et quantum significat*. *Similiter autem et in aliis*. Et dat regulam generalem quod *unumquodque talium, sive idem de eodem dicatur*, ut “album est album,” *sive genus de eo cuius est genus*, ut “homo est animal,” semper autem dicit *quid*, tamen cum praedicatur de substantia, substantiam significat, et si de qualitate, qualitatem significat, et sic de aliis.

103b39. Consequenter recapitulat, dicens: *Quare de quibus, scilicet principiis materialibus, et ex quibus praedicamentis*¹³⁴ *disputationes sunt, haec sunt praedicata*¹³⁵ *et tanta, scilicet quattuor*.

104a1. Consequenter ponit prooemium dicendorum¹³⁶, dicens: *quomodo autem fiunt et per quae facile*¹³⁷ *poterimus syllogizare, post haec dicendum est*. Et sic terminatur sententia huius lectionis in generali et in speciali.

¹³¹ praedicatis *P* : praedicamentis *C*

¹³² quid est quandoque significat substantiam] substantiam quandoque syllogizat quid est *CP*

¹³³ qui] quid *C*

¹³⁴ praedicamentis] + et *C* : -catis *P*

¹³⁵ praedicata] praedicamenta *C*

¹³⁶ dicendorum] *iter. C ut v.*

¹³⁷ facile] -lia *C*

Circa istam lectionem tria possunt quaeri. (1) Primum est de situ huius capituli, (2) secundum est utrum ista quattuor praedicata reperiantur in quolibet praedicamento, (3) tertium est de dictis in littera.

1. Circa primum sic quaeritur.

1.1. Et videtur quod non debet determinare hic de decem praedicamentis, quia quod est determinatum in scientia priori debet supponi in scientia posteriori et non determinari; sed *Liber Praedicamentorum* ante librum istum; ergo quod est ibi determinatum debet hic supponi; sed ibi determinatum est de decem praedicamentis; ergo debet hic supponere; male ergo determinat.

1.2. Item. Quaeritur cum in *Libro Posteriorum*¹³⁸ probet statum praedicamentorum, quare hic non probat statum praedicamentorum.

1.3. Ad idem. Videtur quod debet probare statum, quia sicut est status in scientia ita est status in visione, quia sicut illud per quod alterum scitur non oportet quod sciatur per alterum quia sic contingeret ire in infinitum, ita illud per quod alterum videtur non oportet quod videatur per alterum; ergo sicut est status in sciendo, ita est status in videndo; ergo cum Aristoteles in *Libro Posteriorum* probet statum in sciendo, videtur quod hic debet probare statum in videndo.

1.4. Item. Cum in *Libro praedicamentorum* determinetur de praedicamentis et in *Libro Posteriorum* et hic, quaeritur qualiter differenter.

Solutio.

1.1. Ad primum dicendum quod id quod est determinatum in scientia priori debet supponi in scientia posteriori si eodem modo consideretur in utrisque. Sed sic non est hic, quia in *Praedicamentis* determinatur de decem praedicamentis secundum sui substantiam et numerum, hic autem | f. 189vb | determinatur prout cadunt in propositione et problemate.

¹³⁸ cf. Arist. *APo.* 1.22.83b7; Anon. *Auct. Arist.* 35.74 (ed. Hamesse, 317).

1.2. Ad secundum dicendum quod Aristoteles in *Libro Posteriorum* determinat de demonstratione potissima, sed demonstratio potissima non fit nisi ex immediatis, et immediatio non fit nisi sit status in scientia; ideo in *Libro Posteriorum* probat statum. Sed hic determinatur de syllogismo dialectico, qui quidem non oportet quod fiat ex immediatis; et ideo hic non probat statum.¹³⁹

1.3. Ad tertium dicendum quod status qui est in sciendo est a parte scibilium; sed in scibilibus est status simpliciter et a parte rei; ideo in sciendo bene potuit probare statum. Sed in videndo status est per comparisonem ad nos et non simpliciter, et ideo non probat statum.

1.4. Ad quartum dicendum quod in *Libro Praedicamentorum* determinatur¹⁴⁰ de praedicamentis secundum sui substantiam et numerum, in *Libro Posteriorum* prout ingrediunt demonstrationem, in hoc libro prout cadunt in propositione et problemate.

2. Circa secundum sic quaeritur.

2.1. Et videtur quod ista quattuor non reperiantur in quolibet praedicamento. Nihil ponitur in praedicamento nisi habeat modum substantiae; sed accidens et proprium non habent naturam substantiae; ergo mentitur dicens quod ista quattuor praedicata ponuntur in quolibet praedicamento.

2.2. Item, ad idem. Omne quod ponitur in praedicamento substantiae aut est sicut genus et differentia aut species aut individuum; sed accidens et proprium non sunt aliqua istorum quattuor; ergo mentitur.

2.3. Item, ad idem. Nihil complexum ponitur in praedicamento; sed definitio est quid complexum; ergo non ponitur in praedicamento.

Solutio.

2.1. Ad primum dicendum quod auctor non vult dicere quod sint in praedicamento eo quod sint ordinabilia in genere, scilicet recte in linea

¹³⁹ statum] sed hic determinatur de syllogismo dialectico *add. sed del. C*

¹⁴⁰ determinatur] determinatorum *C*

praedicamentali vel a latere, sed dicuntur esse in praedicamento eo quod reperiuntur in suis subiectis, quae quidem habent esse in praedicamento. Quod patet: Species est subiectum proprio, individuum est subiectum accidentis; sed species et individuum habent esse in praedicamento; ideo proprium et accidens habent esse in eodem praedicamento.

2.2. Ad secundum dicendum quod per iam dicta patet solutio, quia non dicuntur ista in praedicamento esse eo quod sunt ordinabilia in linea praedicamentali recte vel a latere, sed quia reperiuntur in subiectis quae quidem habent esse in praedicamento.

2.3. Ad tertium dicendum quod definitio secundum se totam non dicitur esse in praedicamento sed secundum suas partes, quae sunt genus et differentia.

3. Circa tertium sic quaeritur.

3.1. Dicit auctor quod istae quattuor differentiae sunt in eodem praedicamento, unde hic¹⁴¹ appellat auctor quattuor praedicata¹⁴² differentias; superius¹⁴³ appellavit genera. Quaeritur unde hoc, quia, ut videtur, idem non potest esse genus et differentia.

3.2. Item, quaeritur, cum Aristoteles in *Libro praedicamentorum* appellet per modum abstractionis, hic per modum concretionis, quaeritur unde hoc.

3.3. Item. Dicit¹⁴⁴ auctor quod si dicam “Album est album,” quid dico et quale significo. Sed contra: In dictione idem est dicere et significare; ergo idem est dicere substantiam et significare substantiam; ergo idem est significare quid et dicere quid; ergo si dicitur quid, et significatur quid.

3.4. Item. Dicit¹⁴⁵ auctor quod si dicam “homo est homo,” hoc quod dico “homo” praedicatur in quid, sed si quaeratur “quid est homo?” non

¹⁴¹ Arist. *Top.* 1.9.

¹⁴² praedicata] praedicamenta C

¹⁴³ Arist. *Top.* 1.6.102b39.

¹⁴⁴ Arist. *Top.* 1.9.103b31–33.

¹⁴⁵ Arist. *Top.* 1.9.103b29–31.

convenienter respondetur “homo”; ergo non praedicatur in quid; ergo non dicit quid.

3.5. Item, ad idem. Omne dicens quid est de subiecto et [est] convertibile cum subiecto est definitio subiecti; sed, ut dicit¹⁴⁶ auctor, homo praedicatur in quid de homine, et convertitur de homine; ergo est definitio; sed nulla definitio datur per incomplexa.

Solutio.

3.1. Ad primum dicendum quod si consideremus ista quattuor praedicata per comparisonem ad methodos per quas terminantur, sic dicuntur genera sed non¹⁴⁷ genera praedicabilia sed genera subicibilia, si autem consideremus in quantum per ista praedicata differunt illae methodi, sic sunt differentiae; quod patet per Porphyrium, qui dicit¹⁴⁸ quod omne illud dicitur differentia per quod unum differt ab altero.

3.2. Ad secundum dicendum quod concreta magis cadunt sub divisione dialectica quam abstracta, quia magis sensibilia sunt concreta quam abstracta, et ideo hic appellat praedicamenta in concretionem.

3.3. Ad tertium | f. 190ra | dicendum quod differt dicere et significare, quia dicere prout hic accipitur est repraesentare rem sub essentiali ordinatione (verbi gratia, si sic dicam “album est album,” idem habet essentialem ordinationem ad se ipsum ut¹⁴⁹ superius ad inferius), significare idem est quod repraesentare rem in esse suo abstracte. Modo respondeo et dico quod nos possumus “dicere” considerare dupliciter, aut prout dicit rem suam sub essentiali ordinatione, aut prout dicit rem suam abstracte. Si dicere accipiatur primo modo, sic differunt (et sic accipitur hic) dicere et significare. Si accipiatur secundo modo, sic non differunt.

¹⁴⁶ Arist. *Top.* 1.9.103b29–31.

¹⁴⁷ non] praedicamenta *add. sed exp. C*

¹⁴⁸ cf. Porph. *Isag.* 8.7–12.

¹⁴⁹ ut] et *CP*

3.4. Ad quartum dicendum quod oratio in qua¹⁵⁰ idem praedicatur de se non est propositio, quia nunquam esset syllogizabilis, quia¹⁵¹ sic esset petitio principii, nec est petitio¹⁵², quia petitio debet certificari, sed illa in qua idem de se praedicatur non certificatur¹⁵³, sed dico quod est enuntiatio secundum Boethium, qui dicit¹⁵⁴ quod nulla est verior illa in qua idem enuntiatur de se; et sic dico quod in hac “Homo est homo” homo dicit quid, quia <est> enuntiatio¹⁵⁵; tu obicis ac si esset petitio.

3.5. Ad quintum dicendum quod differt dicere quid est et quid est esse, quia quid est dicit partem essentiae, quid est esse dicit totam essentiam. Si dicam “Homo est homo,” quid est dico, tamen definitio significat quid est esse, et ideo non oportet quod sit definitio.

¹⁵⁰ qua] quantum *a.c.* *C*

¹⁵¹ quia] quod *CP*

¹⁵² nec est petitio] *om.* *C*

¹⁵³ certificatur *P ut v.* : -cat *C*

¹⁵⁴ Boeth. *in Perih.*¹ 215.18–25; *in Perih.*² 480.7–9.

¹⁵⁵ enuntiatio *P* : -tiatur *C*